

Dist hunc vero alius est locus in deserto interiori. decem fere ab hinc milibus distans. quae locum per multam die dispersam in heremo cellularum. cellulae non minuerunt. Ad hunc locum hi qui ibi prius fuerunt imbunt. et secretiorē iam de polinis rudimentis ducere voluit vitam secedunt. Heremus enim est vasta. et cellule tanto inter se spacio dissepere diuidunt. ut neque in conspectum sibi uideant. neque in uocis auditum sint posite. Singuli per cellulas commanent. silentium ingens et quies magna inter eos est. Die tamen sabbati et dominica in unum ad ecclesiam conueniunt. et ibi semetipsum iuuenem tanquam celo redditos uident. Hi quis forte in priorem illo disuerit. intelligunt statim eum corporis aliqua inequalitate detentum et ad uisitandum eum. si oēs similes hinc diuersitate tepis oēs adueniunt. portantes unum quilibet si quid apud se est. quod ego possit gratiam uideri. Alias uero ob causam nullus audet. primi sui obtrahere silentium. nisi si quis forte qui per uerbo instruere. et uelut athletas in agone positos. p̄monis collatione uigere. **S**ed si ipsoz a tribus et quatuor milibus passuum ad ecclesiam conueniunt ita longo a semetipsum spacio habitatio eorum cellule diuidunt. sed caritas in eis tanta est. et tanto inter semet ipsos et circa oēs fratres p̄stringuntur affectum. ut in amicitia et in exemplo sint omnibus. **Q**uoniam et si quis forte uoluerit habitare cum eis. ubi intellexerit unum quilibet cellam suam offert.

De facto ammonio abbate.

Uidimus quondam apud eos uenerabilem patrem ammonium nomine. uirum in quem dominus omnem plenitudinem spiritualium premlerat gratiarum. Caritatis in eo gratiam si uideres. nihil tale uisquam uisidisse te crederes. Sed et si humilitate confideres. longo enim in hunc tonum p̄stantiorē certis fatereris. Et rursum si patientiam si

mansuetudinē. si benignitatē. in singulis eorum ita precellere iudicares. ut quid cui preferri debeat ignorares. **P**onit uero sapientie et scientie tamen ei premlerat dominus. ut nullum fere ex omnibus patribus ita penetrasse aulas totius scientie crederes. nec ita aliquem recepisse esse intra cubiculum sapientie dei. oēs quicumque eum uiderat fatererentur. **H**inc erant duo fratres Gusebius et Curmius. **I**am diocorus qui maior natus eiis fuerat. ad episcopatus officium rapit. **H**ic ergo fratres erant ei non solum carne. sed et uita atque in stitutioe. et tota animi uirtute gemini. qui omnes simul eos qui in illis locis habitabant fratres. tanquam si nutrix foueat filios suos. ita unum quemque instruere consolabantur. et doctores ad summam perfectionem nitentur educere. **V**idimus ergo supradicti hominem dei ammonium habitantem monasterium inter eos muro circumdati. quod in illis locis ex latibus crudis fieri facile solet amplum et omnibus necessariis instructum. in quo etiam puteum ipse foderat. **V**enit autem quidam frater saluari apud eos uolens. adijt eundem ammonium. rogans ut sicubi esset cellula uacans. in qua habitare posset. **T**unc ille. **E**go inquit requiram. sed donec inueniam hic esto in huius monasterio. **E**go enim iam nunc egrediar ut requiram. et relinquas ei omnia prout cum monasterio. ipse procul ab eo loco puissimam cellulam cepit. atque in ea constituit. fratresque qui nuper aduenerat nec intelligenti. ex integro cum omnibus que in eo fuerat cessit monasterio. **S**ed et si plures fuissent. qui forte uenientes ad eos saluari cuperent. supradictis uir fratribus congregans. omnibus cum alacritate iunantibus sub die una monasterium construebant. **E**t cum singulis quibusque expleuisset numerum monasteriorum. inuitabantur hi qui mansuri erant ad ecclesiam. quasi refectoris gratia. quibus inibi occupatis. unum quilibet fratrum de cellulis suis preferentes que necessaria erant. singulorum nouas cellulas instruebant ita ut ex collatione caritatis nichil omnino pro utensiliis uel quod victum requiruntur. deessent. nec tamen manifesta fieret unum cuiusque